Quelle: http://manuscripta.at/?ID=508
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

idem sunt sub utraque specie et id
idem dicitur cibus et potus quia perfecte
reficit utrumque sic illa duo reficiunt
corpus / ergo qui illud recipit / reci
pit cibum et potum / 2a est quia sumens
sub utraque recipit cibum et potum / su
mens autem sub altera specie idem
sunt ergo recipit cibum et potum / Ter
tio est quia caro et sanguis Christi dicun
tur cibus et potus idem effectus / et
hoc probatur per evangelium et sanctum Augustinum
Sed idem est effectus corporis et san
guinis Christi id est augmentum gratie ergo idem
est manducare et bibere / quicumque enim
manducat / bibit Et quia in speciebus
idem est realiter cibus et potus / quod pro
batur per evangelium / et canonem / et sanctum
Augustinum et sanctum Thomam etc.

X Capitulum

In isto sacramento consideranda sunt
tria / scilicet species visibiles / que
sunt sacramentum tantum et verum corpus Christi veri
tas eius / que est res et non sacramentum
tum / et quod species in hoc sacramento ad nihil
proficiunt / nisi ad hoc quod Christus quem
cumque sumitur et spiritualiter sine ho
rore / et hoc probatur per Origenem [illegible]
et sanctos Gregorium Augustinum et Ambrosium
Et inde sunt quia ratio / quia si videtur
effectus huius sacramenti non dependet
ex speciebus sed ex solo Christo / Sumens
autem sub utraque specie non magis habet
Christum / quamvis plures species habeat
Et ponitur 2a ratio / quia verum caro
Christi per se non per species habet quod sit
verus cibus et sibi sanguis verus po
tus Et ideo sumens sub sola panis
specie / quia sunt utrumque / recipit cibum
et potum / et hoc specialiter per illud primum
quod Christus dicit / caro mea vere
est cibus / non autem dicit / quod species quibus
tegitur caro sua sit verus cibus

et species quibus tegitur sanguis eius sit
verus potus sed quod ipse sanguis sit
verus potus

XI Capitulum

Probatur per textum evangelii in
eodem capitulo Iohannis vi° quod in hoc
sacramento manducare et bibere idem sunt
et quod bibere idem est quod sumere seu con
[illegible] et hoc probatur per communem modum
loquendi doctorum / et specialiter per extra
et sanctum Thomam / et quod non minuitur
virtus sanguinis Christi qui sub specie
panis a non conficientibus sumitur
ut notet quod non sit ibi ex vi con
versionis / sic non minuitur effica
cia anime Christi seu deitatis / ex hoc quod
non sunt in hoc sacramento / ex vi con
versionis ut notum est / et probatur per
dominum Albertum magnum

XII Capitulum

Olim Innocentii dicentis quod
sanguis non bibitur sub specie panis
non suffragatur hussitis (?) quia tempore
suo iam fiebat communio sub sola panis
specie / et ipse modum illum approbat
Et quod in sacramento est duplex modus mandu
candi / scilicet ex parte specierum et ex parte
vero carnis Christi / et quod dictum In
nocentii debet intelligi quod sang
uis non bibitur sub specie panis id est
non sunt sub speciebus que comparantur
bibitur Et quod Innocentius subiecit
se correctioni ecclesie et ideo si aliquid
dictum eius esset contra ecclesie determinationem
non concludet quia precustodito esset
habendus

XIII Capitulum

[illegible] Matthei xxvi°
Bibite ex hoc omnes / Et quod
Christus dixit omnes / non autem porri
gendo pane consecrato / Et quod
per verba illa hoc facit / nota
vit solum illos quibus dabat auc
toritatem potestatem faciendi id est
conficiendi et offendi illud sacramentum